1185 ultima 8bris

95

In die Iovis qui est ultimus mensis octubris in capitulo canonicorum Sancti Gaudencii. Huius modi contencio agebatur inter canonicos predicte ecclesie nec non Felinum de Casalegio. Scilicet quod Felinus petebat ab eis decem libras imperialium quas dicebat se mutuo accepisse per domino Aselerio predicte ecclesie quondam preposito. Item quatuor libras quas sibi debebat prepositus. Iterum culcitram bonam et lanceolum unum. Econverso canonici a Felino petebant molandinum quoddam quod est post castrum Sancti Petri quod dicebant ecclesie pertinere. Unde cum dominus Felinus paratus esset iurare se predictas decem libras prepositio predicto mutuo accepisse et se de eis solucionem non habuisse facta est inter eos scilicet canonicos et Felinum transactio videlicet quod presbiter Simon canevarius ecclesie ipse de consensu et voluntate confratrum suorum scilicet presbiteri Guidonis de Rozato presbiteri Guilielmi de Confleneria Girardi et Ottonis de Ripalta diaconorum, magistri Paganini subdiaconi, Petri de Rozato, Obizonis Turmelli, Iacobo de Tetono, Ugonis Cotte, Aycardi de Agumiato canonicorum causa transactionis ex parte ecclesie fecit finem et refutationem in manum ipsius Felini de omni iure quod in predicto molandino petebant et datum et investituram eidem Felino fecit de omni iure quod ecclesia Sancti Gaudencii predicta in molandino supradicto habebat vel habere posset promittendo idem canevarius simul cum ipsis cum suis sociis pro se suisque successoribus ex parte ecclesie ipso Felino suisque heredibus et cui dederit defendere et guarentare molendinum ipsum omni tempore ab omni persona. Que si predicta ecclesia aliquid in molandino iam dicto peteret et si ita non defensaverant restituet Felino omne dampnum quod inde habuerit. Econverso predictus Felinus causa transactionis fecit finem in manum canevarius de ipsis decem libris et predictis quatuor libris et de culcitra et lanceolo et de omni eo quod ex parte ipsius ad partem ecclesie de ipsis decem libris et predictis quatuor ... excepta quidem obiadnio. Unde duo brevia uno tenore ... ipsi petebat ut petere posset versus ecclesiam ... Interfuerunt testes Gregorius de Aliano, Iacobus Buzius ... rogaverunt. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo lxxxquinto, indictione tercia. Mathens Pocha. Robaldus de Tasca. Petrus filius Guidonis Langiardi.

(S) Ego Olricus notarius sacri palacii interfui et rogatus hoc breve scribi feci et subscripsi.

(S) Ego Otto ... Brucia notarius autenticum huius vidi et legi et me subscripsi.

(S) Ego Iohannes Cuttini notarius autenticum huius vidi legi et me subscripsi.

(S) Ego Antonius Iuvenalis notarius autenticum huius vidi et legi et sicut in illo continebatur autentico sic et in isto legitur exemplo nichil addens vel diminues preter literam vel silabam plus minusve, ne continens et hec ad instar illius de precepto domini Girardi Leonardi consulis iusticie Novarie in foro ad peticionem ... dicti Botoni et Gregorii fratrum de Ancatis ... quondam domini Ardicii advocati de Casalegiallo bona fide autenticum exemplavi et subscripsi et me subscripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 1 (97)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1752315677-11/fragment/page=1

Mortolo 1 (97)

1185, ultima 8bris

XCI

95

In die iovis qui est ultimus mensis octubr(is) in capitulo canonicorum s(an)c(t)i Gaudencii huius modi contencio agebat
int(er) canonicos s(upra)d(i)c(t)e eccl(esi)e nec non Felmum de Casalegio. s(cilicet) quod Felmus petebat ab eis decem
libras imp(eria)l(ium) quas dicebat se mutuo accepisse p(ro) d(omi)no Asclerio s(upra)d(i)c(t)e eccl(esi)e quondam p(re)posito. Item quatuor lib(ras) quas
sibi debebat p(re)positus. Iterum culcitram unam et lanceolum unum. E converso canonici a Felmo petebant molandinum quoddam
quod est post castrum s(an)c(t)i Petri quod dicebant eccl(esi)e p(er)tin(er)e. Unde cum d(omi)nus Felmus paratus esset iurare se
p(re)dictas decem libras p(re)posito p(re)dicto mutuo accepisse et se de eis solucione(m) non habuisse facta est int(er) eos. s(cilicet)
canonicos et Felmum transactio. videlicet quod pr(es)b(iter) Ammon canto(r) eccl(esi)e (ist)e de consensu et voluntate confratrum
suorum s(cilicet) pr(es)b(iteri) Guidonis de Rozato pr(es)b(iteri) Guill(elm)i de Confluencia Girardi et Ottonis de Upaldo diaconorum. magistri Pag(ani) sub
diaconi. Petri de Rozato. Olderici Turmelli. Iacobo de Tetono. Ugonis Cotte. Aycardi de Agumato canonicorum causa
transactionis ex parte eccl(esi)e fecit finem et refutationem in manu (ist)i Felmi de omni iure quod in p(re)dicto molandino
petebant. et datum et investituram eidem Felmo fec(it) de omni iure quod eccl(esi)a s(an)c(t)i Gaudencii p(re)dicta in molandino
supradicto habebat vel habere poss(et) p(ro)mittendo idem cantor. simul cum (ist)is cum fr(atr)ib(us) suis p(ro) se suisque successoribus ex
parte eccl(esi)e (ist)o Felmo suisque heredibus et cui dederit defendere et guarentare molendinum (ist)um omni tempore ab omni
persona que p(ro) p(re)dicta eccl(esi)a aliquid in molandino iam dicto peteret et si ita non defensaverint restituet Felmo
omne dampnum quod inde habuerit. E converso p(re)dictus Felmus causa transactionis fec(it) finem in manu cantoris
(ist)i ad partem eccl(esi)e de (ist)is decem lib(ris) et p(re)dictis quatuor lib(ris) et de culcitra et lanceolo et de omni eo quod ex parte
p(re)positi (ist)i petebat vel petere posset versus eccl(esi)am (ist)am excepto quidem obiadino. Unde duo br(evia) uno tenore
scribi rogaverunt. Anno d(omi)nice incar(nationis) mill(esim)o cent(esimo) lxxxquinto ind(ictione) t(er)cia. Interfuer(unt) testes Gregorius de Aliano. Iacobus Buzius
Mattheus Pocha. Robaldus de Tassa. Petrus filius Guidonis Longindi.

Ego Olricus not(arius) sac(ri) pal(acii) interfui et rogatus hoc breve scribi feci (et subscripsi).

Ego Otto (iudex) de Burria notarius autenticum huius vidi et legi et me (subscripsi).

Ego Iohannes Cutium

not(arius) aut(enticum) huius vidi legi et me (subscripsi)

Morbio 1 (97)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Ego Antonius Iuvenalis not(arius) aut(enticum) huius vidi et legi et sicut in illo continebatur aut(entico) sic et in isto legitur exemplo
nichil addens vel diminuens p(re)ter litteram vel sillabam plus minusve contineat et hoc ad instar illius de precepto
d(omi)ni Girardi Leonardi consulis iusticie Novarie in f(ac)to ad peticionem Philippi dicti Botoni et Gregorii fratrum de Anocatis f(ilio)r(um)
quondam d(omi)ni Ardic(ionis) advocati de Casalegiallo. Bona fide autenticum exemplavi (et) subscripsi et me (subscripsi).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1752315677-11/fragment/page=3